



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 136. Ferdinandus strenue se tuetur, atque sicarios in fugam agit

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

stans, & armis bene instructus. His Sæcul. XV.
A.C. 1459.
omnibus ad condictum locum convenien-
tibus, Ferdinandus & Sueffensis Dux
arbitros remonent, ut majore conferendi
libertate potirentur; cum ipsorum inter-
ea comites haud procul ab Ecclesia sub-
sisterent.

§. CXXXVI.

*Rex vitam suam tuetur, & Sicarios
in fugam agit.*

Paucis hinc inde prolatis verbis, quæ
tamen rei summam minime tange-
bant, Phœbus tres reliquos alloqui-
tur socios inquiring: quia Dux cum
Ferdinando plene in gratiam rediit,
æquum est, ut & ego Regem mihi pla-
catum reddam. His dictis confestim
minus concito cursu equitans, Ferdinan-
dum accessit, qui cum Proditoris ma-
num pugione armatam animadverteret,
e vestigio gladium suum stringit, manus
conferit, & invicto animi robore inimici
sui impetus sustinet; Montianus inte-
rim Gregorio de Cariglia & Ventimillia-
censi, ne succurrerent, aditum occlusit;
hi quidem ignava manu illum repellere
conantur; ast Regii Ministri haud procul
inde distantes, percepta periculi fama,
tanta celeritate accurrunt, ut Sueffensis
Hist. Eccles. Tom. XXVIII. S s Dux

Sæcul. XV. Dux unacum sociis suis, incitatis equis,
 A.C. 1459. solutisque habenis affugere compelleretur.

§. CXXXVII.

*Ferdinandi clades apud Sarnum.**Bagni.*

Postera die Ferdinandus prodicionis injuriam ulturus, in Stellatæ ditiones populabundus irrupit, & Balneolensem agrum Suessam usque immani strage, terroreque involvit. Paucis post diebus Pontificis exercitum sub Duce Simonolto adventare comperiens, cum suis obviam processit, & junctis utrinque copiis Sarnum urbem cinxit. Jamque obsidionem strenue urgebat, cum præter expectationem nuntium accipit, quod Papa mutata animi sententia suo Belliduci præceperit, confestim exercitum reduceret. Hoc Pontificis mandatum adeo nulla moræ ac temporis lege circumscriptum erat, ut Ferdinandus ei quantocius parendum ratus, obsidionem solveret. Ast dum Ferdinandus obsidione soluta Simonoltum sequi paraverat, utrumque Calabriensis Ducis copiæ adoriuntur, & apud Sarnum ingenti clade deletum fugant, Pontificii exercitus Ducem trucidant, & quam plurimos proelio capiunt, quos Calabrienses Dux Massiliam perducere jussit. Creditum est, quod Joannes certius Neapo-